Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26007
Copyright: Admont, Benediktinerstift



misericordia conditoris agnoscit. Unde et recte subiungit.
Et hic erat samaritanus. Samaritanus quippe interpretatur custos.
Quo nomine populus ille aptissime significatur. Quia gratias agendo.
et acquirendo accepit habuit omne quod accepit. Quodam cantans il
lud de psalmo. Fortitudine mea adhuc custodiam. Quia tu dis
susceptor meus es. Deus meus misericordia eius praeveniet me. Cadit autem in
faciem. Quia ex malis quae perpetrasse se meminit erubescit. Ibi enim
cadit homo. Ubi confundit. Unde et paulus quasi quibusdam
in faciem cadentibus dicebat. Quem ergo fructum habuistis tunc in
his in quibus nunc erubescitis. At contra de ascensore equi. Idem
de eo quia in hui mundi gloria elatus esse dicitur. Ut cadat ascensor
eius retro. Rursumque de persecutoribus dicitur scriptum est. Abierunt re
trorsum. et ceciderunt in terram. Quid est hoc quod electi in faciem
et reprobi retrorsum cadunt. Nisi quod omnis qui per se cadit. ibi pro
cul dubio cadit. ubi non videt. Quia vero ante se ceciderit ibi ca
det ubi videt. Iniqua vero quia invisibilibus cadunt per se cadere
dicuntur. Quia ibi corruunt. ubi quod eos terrere sequatur non videre non
possunt. Iusta vero quia visibilibus semet ipsos sponte deiecerunt. ut
visibilibus erigantur quasi in faciem cadit. Quia timore expuncti vi
dentes humiliantur. Respondens autem ibi dicit. Nonne decem
mundati sunt et nove ubi sunt. Unum si addatur ad nove quodam
effigies unitatis implet. Quod fit tanta complexio. ut ultra non pro
diat numerus. Nisi rursus ad unum inse redigatur. et hec permissim
tate numeri regularis custodiatur. Nove itaque indigent
uno. ut quodam unitatis forma coagulentur et decem sint.